



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

Duo SS. Jacobi Apostoli. Genuflexio in oratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



DUO SS. JACOBI APOSTOLI.

Genuflexio in oratione.

Deus, qui nos, per beatos Apostolos tuos, ad agnitionem tui nominis venire tribuisti; da nobis eorum gloriam sempiternam, & proficiendo celebrare, & celebrando proficere.

Ora pro irreverentibus in ecclesia.

✠

...a natus
...risto; et
...o, Natha
...s inter 12
...divisione
...docenda
...cotidem
...e in Phry
...esiam con
...re coepera
...sub Dom
...est lapide
...iliabus ve
...pud Ephe
...latum fu
...Apostolo
...minoris co
...ano die co
...censent
...per varia
...um accep
...vo ego, Jan
...s. Galat. 2

JACOBVM Minorem, ex 12 unum, ALPHAI filium, fratrem Matthæi, professione Publicanum, facit Chrysoſtomus. Eum Latini primitus 22 Junii, Græci 9 Octobris colebant. Hi etiam addunt, poſt fidem Eleutheropoli, Gazæ, & Tyri prædicatam, Oſtracina in Ægypto crucifixum expiraſſe. Sic ille diverſus omnino fuerit, non ſolum à JACOBO ZEBEDÆI, fratre Joannis, paſſim dicto MAIORE; ſed etiam à JACOBO, FRATRE DOMINI, filio Cleophæ & Mariæ: & hic cenſeri deberet cum Paulo & Barnaba ſupernumerarius; fortassis, ex ſpeciali Chriſti apparentis mandato, juſſus primæ apud Hieroſolymas Eccleſiæ Epicoſopus ordinari. Fuit autem alius tantæ ſanctitatis, ut & orandi aſſiduitas genibus callū obduxerit, & Juſtum cum cognominaverint ipſimet Judæi; deſectum tamen è pinnaculo templi circa feſtum Paſchæ, fullonis fuſte maſtarunt, anno 39 poſt Chriſti paſſionem.

Flecto genua mea, ad patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Ephel. 3.